Cod 756 71.
Aug. Jur. III. 15 1
1v

Adducit consiliarios in stultum finē· & iudices in stupo
re· Balteum regū dissoluit· & pcingit fune renes eorū;
Ducit sacerdotes inglorios· & optimates supplantat·
Commutans labium ueraciū· & doctrinā senū aufe
rens· Effundit dispectione sup principes· & eos qui op
pressi fuerant releuat· Qui reuelat pfunda de tenebris·
& producit in luce umbrā mortis· Qui multiplicat gen
tes & pdit eas· & subuersas in integrū restituit·
Qui inmutat cor principum populi terrae· & decipit
eos· ut frustra incedant p inuium; Palpabunt qua
si in tenebris & non in luce· & errare eos faciet quasi
ebrios; Ecce omnia & uidit oculus meus· & audi
uit auris mea & intellexi singula; Secundum scien
tiam uestram & ego noui· nec inferior uestri sū; sed
tamen ad omnipotentem loquar· & disputare cū dō
cupio· Prius uos ostendens fabricatores mendacii·
& cultores peruersorū dogmatū; atq: utinā taceretis·
ut putaremini esse sapientes· Audite ergo cor
reptiones meas· & iudiciū labiorū meorū adtendi
te; Numquid dš indiget uestro mendacio· ut p illo lo
quamini dolos· Numquid faciē ei accipitis· & pdō iudica
re nitimini· Aut placebit ei quē celari nihil potest·
aut decipietur ut homo uestris fraudulentiis· Ipse
uos arguet· qnm in abscondito faciem eius accipitis;
Statim ut se commouerit turbabit uos· & terror
eius irruet super uos; Memoria uestra cōparabi
tur cineri· & redigentur in lutū ceruices uestrae·
Tacete paulisp ut loquar quodcūq: mihi mens sugge
serit; Quare lacero carnes meas dentib: meis· & animā
meā porto in manib: meis· Etiā si occiderit me· in ipso spe
rabo; Uerūtamen uias meas in conspectu eius arguā·
& ipse erit saluator meus; Non enī ueniet in conspectu

& conteritur· & fugit uelut umbra· & nūquā in eodē
statu pmanet· & dignū ducis sup huiuscemodi aperi
re oculos tuos· & adducere eū tecū in iudiciū· Quis po
test facere mundū de inmundo conceptū semine· Non
ne tu qui solus es· Breues dies hominis sunt· Nume
rus mensiū eius apud te ē; Constituisti terminos
ei qui pteriri non poterunt; Recede paululū ab eo ut
quiescat· donec optata ueniat sicut mercennarii
dies eius; Lignū hab& spem; Si pcisū fuerit rursum
uirescit· & rami ei pullulant; Si senuerit in terra
radix eius· & in puluere mortuus fuerit truncus
illius· ad odorē aquae germinabit· & faci& comam
quasi cum primū plantatum ē· Homo uero cum
mortuus fuerit & nudatus· atq: consumptus· ubi
quaeso ē· Quomodo si recedant aquae de mari·
& fluuius uacuefactus arescat· sic homo cum
dormierit non resurg&; donec atteratur caelū·
non euigilabit· nec consurg& de somno suo; Quis mi
hi hoc tribuat· ut in inferno ptegas me· & abscondas
me donec ptranseat furor tuus· & constituas mihi
tempus in quo recorderis mei· Putas ne mortuus
homo rursum uiu&· Cunctis dieb: quib: nunc
milito· Exspecto donec ueniat inmutatio mea·
Uocabis me & ego respondebo tibi· Operi manuū
tuarum porriges dexterā; Tu quidē gressus meos
denumerasti· sed parce peccatis meis; Signasti
quasi in sacculo delicta mea· sed curasti iniqui
tatē meā; Mons cadens defluit· & saxum trans
fertur de loco suo; Lapides excauant aquae· & alluuio
ne paulatim terra consumitur; & homines ergo
similiter perdes· Roborasti eum paululū ut inp
petuū pertransiret· Inmutabis faciē eius & e

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 756.71, 1v – Biblia latina: Vulgata, recensio Alcuini (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2inj/5318/50547)